



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni  
Bredenbachij S. Th. D.||**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae Agrippinae, 1592**

**VD16 B 7378**

32. De Io[an]ne Zimisca Imperat. cui D. Virgo victoriam contra Rossos per  
S. Martyrem Theodorum obtinuit, & de gratitudine Zimiscae erga sanctum  
Theodorum, & B. Virginem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

Ioannes Zonaras tom. 3. Annalium. De Ioanne Zimisca Imperat. cui D. virgo victoriam contra Romanos per S. martyrem Theodorum obtinuit, et de pietudine Zimiscae erga S. Theodorum & B. virginem.

## CAP. XXXII.

**I**mperatore Ioanne Zimisca contra Romanos praeliante, cum diu victoria anceps esset, Romani diuinitus adiuti esse perhibentur. Nam & procellam Scytharum facies verberasse, & quendam in equo à multis visum, qui Romanos defenderet, & Barbarorum phalanges conturbaret. Eo porro die memoria Theodori ducis insignis martyris celebrabatur. Theodorum porro ducem Romanis contra Barbaros auxilio fuisse, ex eo cognitum est. Muliercula quaedam Byzantia, religiosa & modesta, pridie illius pugnae in somnis, sanctam Deiparam procedere cum magno comitatu videre visa est, ac dicere: Domine Theodore, meus & tuus Ioannes grauiam certaminis sustinet, properè igitur illi opem ferre. Id somnium ea quibusdam aperuit, qui die notati coeperunt, id pridie postremae pugnae contigisse. Imperator verò ut martyri pro nauis opera gratiam referret, elegantissimum ei templum Euchaniae, siue Euchaitae struxit, verè diruto, in quo corpus eius multis certaminibus defunctum repositum erat, & urbem

terti nomine abolito, Theodoropolim appellavit. Bello Rossico ad hunc modum cōfecto, Imperator Byzantium reuersus, ab omnibus ordinibus splendide excipitur. Nam & Patriarcha cum omnibus sacerdotibus ei obuiam est progressus, & Senatus & populus coronas offerentes, & currum cum quattuor albis equis, rogaruntq; vt eo conscenso, triumpharet. At ille coronas accepit, & equo singulari candido triumphauit, & vestibus Bulgaricorum regum curru impositis, supraq; eas imagine Deiparæ collocata, currum antecessit. Postmodum quoq; Christi seruatoris templum in Chalce magnificum exstruxit.

*Petrus venerabilis, Abbas Cluniacensis lib. 2. cap. 9. miraculorum. De mirabili visione fratris cuiusdam Carthusiani, quem à demonibus grauiter angustiatum virgo Mater ab eorum impetu vindicauit, & quedam eum monumenta obseruare monuit.*

## CAP. XXXIII.

Multa quidem in sacro ordine Carthusiensis miracula contigisse, à pluribus accipi. Sed quia ipsi humilitatis virtute, qua semper serui Dei miranda opera sua quanto possunt nisu, occultant: vix aliquid ex his prodere alicui voluerunt: rara, immò rarissima quibus omnimoda fides accommodanda esset, ad me miracula peruenerunt. Quæ tamen abique dubio certa comperi: tacere nec volo, nec